Iacworski Contio Reformat. 2419

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Nobilis Senko Iacworski Pizkowicz olim Nlis Iwan Iacworski Piz
kowicz cum olim Nta Maniechna Markowska Consorte eius Ltima
procreatus filius, sanus mente et corpore existens, a Terrestribus Distri
ctibus Iuribus Iurisdictionibusq. suis quibusuis proprijs et Com-
petentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi 1051
Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet seumet successoribus ac
bonis suis gnatr omnibus, totaliter et plenarie incorporando ac subij
ciendo palam libere publice ac per expressum recognouit.
Quia ipse Nobili Maniechnae Kozluchea olim Nobilis Teren
Kozluchi cum Nobili olim Nastasia Lipecka Consorte eius
Ltima procreatae filiae suae vero Recognoscentis Consorti Ltimae,
cuiusq. posteris summam Triginta Florenorum polon. ratione ve-
stitus et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam
importatam, Necnon aliam similem summam Triginta Florenorum
polonicalium ratione certi veri iusti et liquidi dotalitij, in et su-
per tota et integra medietate bonorum suorum generaliorum
haereditariorum, obligatoriorum, mobilium et immobilium sum-
mariumq. quarumuis pecuniae, necnon auri, argenti, clenodiorum
Vnionum, Margaritarum, vestium, vestimentorum, stanni=
aeris, cupri, orichalci, pecorum pecudum, equorum, equitiorum, ac
totius supellectilis domesticae nunc habitis et in post habendorum
dedit, dotauit dotalitauit inscripsit et reformauit, prout dat
dotat, dotalitat inscribit et Reformat praesentibus. Per ipsam No-
bilem Maruchnam Kozlucka suae Recognoscentis Consortem
Ltimam et ipsius posteros eandem medietatem bonorum suorum
gnatr omnium, cum Vnicis ipsorum Vtilitatibus et Vsufructibus Com-
petentijsq. et praerogatiua quauis, tenendi habendi et possidendi

illamq.

illisq quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos et su-
orum Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter
convertendi Vigore ac more aliarum Reformationum
hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum.

Zurowski Officium praesens Quietat

Comparens personaliter coram Officio et
Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus Nicolaus Zurow-
ski, sanus mente et corpore existens, a Terrestri Districtibus, Juribus,
Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, prae-
senti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum
hunc attinet, se cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere pu-
blice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Regebreh Bialy
Iuty, Generosi Andreae Dubrawski proprium, per famulos Generosi
Stanislai Casimiri Krainski circa receptionem equorum receptum
et ad sequestrum Officij praesentis traditum effidemissit, et ad sua
fideiussoriam cautionem recepit, de quo ad praesens per se rece-
pto Officium praesens tam suo quam suprascripti Generosi Andreae
Dubrawski nomine quietat, emittit dimittit, liberumque et abso-
lutum perpetuo pronunciat, Inscribens se Officium praesens re-
spectu praesentis effidemissionis in omni Judicio et Officio Regni, li-
citurum et evicturum, Idque sub Damnis Terrestribus simpliciter
absque corporali Juramento taxandis et edicendis, per eundem Re-
cognoscentem, sive eius successores ob non satisfactionem submissio-
ni suae ad soluendum succumbendis. Pro quibus quidem Damnis
Terrestribus simpliciter taxandis ~~[illegible]~~ non satisfactioneque submissioni
suae, citatus existens, memoratus Recognoscens Generosus Nicolaus Zu-
rowski, sive eius Successores, Ad Instantiam Officij praesentis nunc
et pro tempore existentis, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Prae-
mysliense, exhunc recessu suprascripto quo ad res pondendum

spectat